

A

**Q**uoniam episcopus servus servorum dei dilectio filio. Nunciatore de Xatua in ecclia Valentini. Salutem et apostolicam benedictionem. **A**dhuc nobis pro parte dilectorum filiorum Judicum Alcazar municipalium Curie temporalis loci de Xatua Cartagenensis diocesis petas continebat quod olim ipsi dilectionis filium Johannem Segura laicum in dicto loco comorantem propter nonnullos excessus per eum commissos ceperunt et carceribus manciparunt. Quod dicto Johanne falso suggerente dilecto filio Gundissalvi Gundissalvi Cantori ecclie Cartagenensis vicario in spiritualibus generali venerabilis fratris nostri. Episcopi Cartagenensis quod ipse dicitur existebat idem vicarius ad falsam suggestionem huiusmodi exarupto eosdem iudices moneri mandavit et fecit ut dictum Johannem sibi remitterent pro suis demeritis puniendum aliquum in eos excommunicationis sententiam promulgabat prefatis iudices eundem Johannem dicto vicario remiserunt postmodum vero predicti iudices coram eodem vicario proponi fecerunt quod dicitur Johannes lucus existebat et ante captationem huiusmodi pro lucis se gesserat et gerebat prout erat legitime probate parati prefatumque Johannem super premissis petendo ipsum sibi restitui iura sua demerita puniendum coram dicto vicario ad iudicium evocari fecerunt et licet dicti iudices huiusmodi proposita per eos coram eodem vicario legitime probavissent ac eundem vicario quod dicitur Johannes clericus esset minime constitisset tamen idem vicarius per suam sententiam pronunciauit se fore iudicem dicti Johannis et quod conquirentibus de illo faceret iusticie complementum propter quod pro parte dictorum iudicum fuit ad sedem apostolicam appellatum et deinde nobis humiliter supplicatum ut cum ipsi propter inordinatos fauores quos dicitur Episcopus et officiales ipsius eidem Johanni exhibent non sperent in Civitate Cartagenensis posse super premissis consequi iusticie complementum nec in dicta diocesi aut ad eam diocesanam prope eam sit aliquis locus iusticie in quo posset huiusmodi causa committi providere eis in premissis de legitimitate apostolica signauerimus. Nos itaque supplicacionibus huiusmodi inclinati discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus iocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis quod iustum fuerit appellacione remota decernas faciens quod decernis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui nominati fuerint si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appellacione cessante compellas veritatis testimonium perhibere. Non obstantibus tamen felix recordacionis Thomae regis regni predecessoris nostri quibus cavetur ut cum eiusdem Civitatis et diocesis fuerint actor et reus extra illas causas auctoritate apostolica nullatenus committatur nec conveniatur aliquis eorum. Sen ne iudices a se deputati predicta aliquas ultra diocesanam diocesanam a fine diocesis eorum trahere presumant. Nemoque ultra duas dioceses aliquas auctoritate presencium non tractari. Quia alijs constitucionibus apostolicis contrarie quibusvis. Aut si prefato Johanni vel quibusvis alijs committeri vel diuisim a predicta sit sede indultum quod interdicta suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de iure ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. **S**ed. **N**umon. **S**ed. **J**amari. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

III  
 C